UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae Therinae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

LiI. Ad Pancratium Stibarum à Putenheim Eq. Fr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Visual Library

Proque ſalute tua ſuperis bona vina, litabo:
Quando aliter reddi gratia digna nequit

L.

Rudolpho ab Hertz-heim EQ.

Iguauos fortuna premit, metuitq́, RODOLPHE,
Fortes. vt faueat Fors tibi, fortis eris.

LI.

Ioan. Philippo Fuchſio à Pinbach, Andr. F. EQ.

Si quando tibi, ſique veritati
Fortè obeſſe ſilentium putabis:
Tunc impunè loqui potes, PHILIPPE.
Fas hoc eſt: aliâs ſilere præſtat.

LII.

Ad Pancratium Stibarum à Putenheim EQ. FR.

Nec canibus ceruos ſectatus fertur Achilles,
Nec laqueis: velox ſic pede nempe fuit.
Pindarus eſt auctor. ceruorum quippe medulla
Paſtus hic, & ceruis par fuit inde fuga.
At mihi non eadem vis eſt in corpore tardo:
Nam cerui mihi non eſca medulla fuit,

Spectator

Spectator malo ſic, quàm venator adeſſe:
Nec canibus doctus vos, laqueisque ſequi.
Sit Dea, ſic veſtris præſens venatibus opto:
Sitque comes tanti, duxque laboris ouans.

LIII.

Ioan Alberto ab Anvveyl E Q.

Quod facis, hoc citò fac: nec longas differ in horas:
Craſtina ſi, quod agis, lux voret, omne perit.

LIV.

Ad Ioan. Chriſtophorum Lucium, Conſil. VVirtebergicum.

Mendico ſi das multum, plus ille requiret:
Si nil, te diris, opprobrijſque premet.
Quicquid das ſatis eſſe negat ſibi: ſed dare mâlis,
LVC I, tanquàm homine, & tanquàm homo, (quod ſatis eſt.

LV.

Ad Ioanem Reymannum Iuriſc. & Cancell. Vratiſl.

Probatos ut amare, ſic amicos
Fas eſt, IANE, probare nondum amatos.
Aurum Lydius vt lapis, vel ignis:
Sic tempus probat, atque ſors amicum

Triſtis